

Sabbato sancto pasce

his dictis pater causa modus ordo & tota series
dñice passionis & intentionem euangelistaruz
& ordinem & litteram quam ex toto inseruit
ac fin seriem veri gesti descriptis. concedat nobis
Iesus ut per lamenta sue passionis pueniam ad
gloriam & gaudium beate resurrectionis Amen

Sabbato sancto pasce.

Quartu veltra absco
dita est cum christo in deo. cum autem
xps apparuerit vita vestra tunc & vos
apparebitis cum ipso in gloria tecum ad Col. iii.
Et sepla hodierna. Heri sermōis finis fuit sepultura
corpis christi sed de alia quo iuit vel quid fecerit
nihil fuit dictū. Ideo modo volo predicare dīsta
materia. sed pmo salutē virgo maria tecum. qd iam
possimus sibi dare gaudiū & leticiā quia de propinquo
instat resurrectio glorioſa filij sui id possumus
ipsam salutare humiliū & devote dicentes
sibi Ave maria tecum. Vita nra tecum. Pro huius verbi
declaratione & materie predicatione introductiōe
sciendum. qd doctrina sacra est generalis & certa
fidei christiane qd post mortem corporalem chri-
sti anima eius descendit in infernum & est articu-
lus fidei dicentis. mortuus & sepultus quādū ad
corpus. descendit ad inferos quādū ad animam.
licet potuisse statim ascendere in celum si volu-
isset tamē noluit. imo voluit tantū humiliari qd
voluit descendere principaliter ad confortandū
sanctos patres & ipsos liberandum. sicut rex ha-
bita victoria campali vult intrare personalitatem ci-
uitatem. ita & christus & quādū corpus eius fuit i
sepulchro tam diu fuit anima eius i lymbo & cra-
stina die anima christi simul cum sanctis patribus
exiuit de lymbo & assumpto corpore glorioſo re-
surrexit. Ista ē doctrina vera fidei christiāe con-
firmata autoritate christi dicentis. Sicut fuit ionas
in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus. sic erit filius hominis i corde terre tribus diebus & tribus noctibus. Matth. xii. Dic breuiē
historiam ione prophete ut habetur Ione. j. et
ii. c. & quomodo fuit figura passionis christi. nauis
in qua christus nauigauit est natura humana.
Ratio quia ad instar nauis facta scilicet an-
gusta in principio lata in medio tecum. scilicet tem-
pore christi Gal. iiii. At ubi venit plenitudo te-
ponis misit deus filium suum. nunc autem restri-
gitur ad instar pupis. Qualis huius nauis in
medio positus fuit crux christi. velum caro chri-
sti. facta est quasi nauis institoris tecum proverb.
vlti. Nec nauis iactabatur magnis fluctibus et
periculis submergendi in inferno. nec erat aliud
remedium euadendi nisi qd Jonas. id est. christus
factaretur in mari. scilicet in amaritudinem pas-
sionis & mortis. Et ceteris. id est. infernus aperiu-
it os suum & recepit ipsum & tenuit eum tribus
diebus & tribus noctibus. sed crastina die eu-

muit eum. Et licet corpus christi & anima in illo
die fuerunt diuisa & separata tamen diuinitas
nunq̄ fuit separata nec diuisa nec a corpore nec
ab anima sed tota fuit cum corpore in sepulchro
et tota cum anima in lymbo. ut dicit beat⁹ Thom⁹
mas. iij. parte. q. l. articu. iij. r. iij. Si dicatur. qd
modo hoc fuit possibile. Dabo de hoc vobis du-
as similitudines ad oculū ad confortandū ve-
stros intellectus. Primo de pomo ex una parte
albo & ex alia parte rubeo qd si gladio diuiditur
in duas partes odor ipsius remanet cum qualibet
parte diuisa. Idem de humanitate christi.
Logitate qd humanitas christi sit ut pomum cu-
tius pars alba sit anima christi purissima sine omni
defectu. pars rubea eius caro ex passione san-
guinolenta. De quo Salomon Cantorum. v.
in persona virginis Marie dicens. Dilectus
meus candidus & rubicundus. Diuinitas eter-
na erat unita corpori & anime christi ante passio-
nem & mortem sicut odor est coniunctus pomo
et vnitus. Sed humanitas christi gladio mortis
fuit diuisa & separata in duas partes principales
tamen odor. id est. diuinitas eterna semper re-
mansit cum vtracq; parte inseparabiliter. Secū-
da similitudo pulchrior & clarior de pecia chry-
stalli ad radium solis que tota repletur lumine &
claritate solis. quaresi diuiditur in duas partes
tota claritas solis remanet cum qualibet parte
diuisa. Idez de humanitate christi puriori chry-
stallo lumine & claritate diuinitatis illuminata.
que in morte diuisa diuinitas tota remansit inse-
parabiliter cum qualibet parte diuisa. Ascendi-
ta scilicet cum corpore in sepulchro & cum anima
in lymbo sive in inferno. Autoritas. Splendor
ipsius ut lux erit cornua in manibus eius ubi ab
scondita est fortitudo eius ante faciem eius ibit
mors. Abachuc. iij. In qua ponuntur tria tem-
pora christi. scilicet. Tempus sue predictionis
ibi. Splendor eius ut lux erit. Secundo ponit
tempus sue amare passionis. ibi. cornua in ma-
nibus eius. scilicet clauorum in mansibus. Et tē-
pus mortis. ibi. abscondita est fortitudo eius. id
est. diuinitas que abscondita fuit cum corpore i
sepulchro & cum anima in lymbo. Nota ante
faciem ei⁹ ibit mors. an passionē xp̄i mors ipm seq-
bat ex psecutiōe iudeoz n̄ qd mors h̄ret aliqd ius
i xp̄o & isecuta ē xp̄m qusq; ipm cepit. s p̄ resur-
rectionē mors ipm pcedit. id dīc an facie ei⁹ ibit
mors. De hac abscondiōe dixit etiā Esa. Verc tu-
es ds abscondit⁹ ds israel saluator. Esa. xlvi. De
hac abscondiōe dīc the. Vita v̄a. i. dinitas absco-
dita ē cū xp̄o. Nota p psecutiōe finis qd l̄z di-
uinitas eterna tunc fuisse abscondita illis qd fue-
rant in hoc mundo tñ tunc fuit ostensa & ma-
nifestata illis de inferno. non qd omnes de infer-
no vidissent eam. sed omnes qui fuerunt in infer-
no cognoverunt christum esse verum deū & vez

Babbato sancto pasce

hominem. Et diuinitas fuit eis ostensa et mani-
festata quod duplicitur sunt quatuor loca in in-
ferno. // Primus locus inferior est carcer dam-
natorum. Secundus est lymbus puerorum. Terti-
us est locus purgandoz. Quartus est synus pa-
trum sanctorum. in quolibet istoz quatuor fuit ma-
nifestata diuinitas christi aliquo modo. quia ad
omnes descendit ut dicit articulus fidei. mortuus
et sepultus descendit ad inferos. Nota pluraliter
inferos. sed non viderunt diuinitatem nisi solum
illi qui fuerunt in synu patrum sanctorum licet ad
omnes descenderit. Itez apostolus ad Eph. iiiij.
Descendit primus. id est. primitus anteque resur-
geret ad inferiores partes terre. ideo bonum est sci-
re quid ibi fecit. Primus ergo locus inferni et in-
ferior est carcer damnatorum plenus igne inextin-
guibili qui virtute diuina cruciat demones et ani-
mas damnatas. ad istum locum descendit anima
christi et ibi manifestauit diuinitatem suam per ri-
gorosam increpationem. non enim essentiam sed enim
effectum ut dicit beatus Thomas. iiiij. parte. q.
lv. arti. iiij. Dupli autem ratione anima christi
descendit ad istas. Prima ad ligandum luciferum
qui a principio mundi usque ad illud tempus capti-
uauit animas in aliquo predictoz quatuor lo-
corum. sed heri dum christus esset in cruce cum
passione tam dolorosa derelictus ab apostolis di-
scipulis et amicis. lucifer qui primo dubitauerat
an esset filius dei dicens intra se. quantoque iste
sit sanctus propheta. tamen ego ducam ipsum me
cum ad infernum etiam venit ad christum et posu-
it se in brachio crucis spectans animam christi.
De hoc figura quam Veda exponit ad istud p-
positum. et etiam tangitur in glo. Dicatur breui-
ter historia de filio tobie eunte cu[m] raphaeli qui
voluit lauare pedes in flumine. et ecce piscis ima-
nis. id est. maximus exiuit ad deuorandum eum.
Ipse autem apprehendit branciaz eius et duxit eum
in siccum et. Tob. vij. Exponit Veda quod fluuius
ille subitus et impetuoso figurabat mortem chri-
sti impetuosa et subitam quia sine pcessu iuris.
Christus autem voluit lauare pedes suos quod su-
mus nos qui tangimus terram et nos maculamur
peccatis. sed eccce piscis imanis. scilicet lucifer vel
sathanas venit et posuit se in brachio et ad de-
uorandum christum et non videbatur ab aliquo
nisi a christo qui dixit. Traditor in mala hora
huc venisti. Sed in separatione anime christi a cor-
pore lucifer cognovit quod erat deus et voluit fuge-
re sed non potuit. quia christus ipsum cepit. qui
cum vellet christum capere captus fuit a christo
ut piscis a tobio. quod diabolus venit ad christum
Auctoritas. Venit enim prius caps mudi huius. s.
lucifer qui tyrannice dominabat in mudo et in me non
habet. quicquid Joha. xiiij. et quod a christo fuit captus
Auctoritas. In iudiciu[m] est mundi. nunc prius
caps mudi huius ejcietur foras Johan. xv. Jo-

christus ipsum cepit et ligauit in carcere damna-
torum usque ad tempus antichristi tunc soluet ad
tempus. et sic christus ostendit se dominum inferni cui
ius portas ereas et vectes ferreos confregit et li-
gauit insatiabile homicidam. Secunda ratio p-
pter quam anima christi descendit ad istos fuit
propter rigorosam increpationem. postque ligauit ibi
luciferum increpauit et reprehendit damnatos.
De hoc videtur loqui petrus in sua epistola. Christus
semel pro peccatis nostris mortuus est. et se
quitur. in quo scilicet tempore mortis et his qui
in carcere conclusi erant spiritu veniens predica-
uit. j. Ioh. iiiij. Dicit beatus Thomas in. iiij. par-
te theologie. q. lii. arti. iiij. ad tertium. quod ista predi-
catione non fuit instructiva sed increpativa. quod di-
cit Damascenus in. iiij. lib. quod sicut his qui in ter-
ra sunt euangelizauit. ita et his qui in inferno. non
quidem ut inereditos ad fidem quereret sed ut
eorum infidelitatem confutaret. quia et ipsa pre-
dicatio nihil aliud intelligi potest quam manifesta-
tio diuinitatis que manifestata est in infernibus
in descensu christi ad inferos. Nec Thomas ibi
dem. Dic practice quod dicebat malis impato-
ribus. regibus. et dominis damnatis ex eorum ma-
la vita et tyrannico regimine ut nemroth qui fu-
it primus qui voluit habere dominum et alexandro
et aliis malestrutis. id est. maledictis. Si domino ve-
stro postquam vobis dedi fuisse bene usi modo
fuisse salvi. Item increpauit magnos philo-
sophos. platonem. aristotelem. et alios de quibus
dicit expresse hieronymus quod sunt damnati di-
christus. Stulti ostendebatis et legebatis et di-
spatabatis de uno primo principio et primo mo-
to et prima causa in scholis vestris. et in templis
adorabatis idola habebatis magnam scientiam
et malam conscientiam. Item increpauit super-
bos dei. Omiseris si fuissetis huius modo habui-
setis gloriam. Item auaros et. sacerdotes pro-
phetas falsos symoniacos. Item luxuriosos. d.
Qui vixistis sicut porci ideo modo non habebi-
tis delectationes glorie et. Item gulosos trac-
udos inuidos ut cayn. Item blasphemos dei. la-
troni damnato. Omiseris nunquid tu hodie me
blasphemasti in cruce. Item redarguit iudicis
cens. O proditor. ecce quid vendidisti pro tam
modico precio. Logitate quod flet clamores vlu-
latus illorum damnatorum desperatorum de sal-
uatione. Ecce quomodo christus manifestauit
ibi suam diuinitatem ipsos rigorose redarguen-
do. Secundus locus dicitur locus parvulorum
ut dicimus unus portus ubi sunt omnes pueri
qui decesserunt cum solo peccato originali quod
peccatum originale non est ab ipsis factum sed re-
ceptum sicut de imagine cadente in luto et. ideo
illud peccatum non dicitur actuale sed origina-
le. quia in generatio corporali recipitur illa ma-
cula. et ideo quia non est peccatum actuale non

Berimo

habent ibi penam sensitum. Sed dicuntur habere ignem eo quod nunquam videbunt faciem dei. Et illa ira videtur esse ignis. iuxta illud Deut. xxvij. Ignis succensus est in furore meo et ardebit usque ad inferni nouissima recte. Dicit scriptura sancta. quia dormiunt non corporaliter sed sicut ille qui dormit non sentit penam sic nec illi pueri sentiunt penam. Immo dicit Job in persona dominati. Quare non in vulnus mortuus sum. egressus ex vetero non statim perii. Nur exceptus genibus cur lactans vberibus nunc dormiens sleret et somno meo requiesceret Job. iij. Dicit beatus Thomas. ij. senten. dist. xxxij. arti. ij. et vide ibidem bene doctorem quod quando vident gloriam beatitorum quod non dolent nec tristantur. quia scierunt quod non pertinet ad eos. sicut tu non doles. quia non habes regnum quod non pertinet ad te. sed in illo dolet filius regis ad quez pertinet regnum. nec quoniam vides aquilam volantem non doles quia non habes alas. sic nec illi pueri tristantur. ad istos descendit anima christi per gloriosam solationem. Dic practice quomodo anima christi fuit in portalem ibi et illi pueri statim cognoverunt christum saluatorem esse videntes animam eius. et ipsum adorauerunt dicentes. Gloria tibi domine quoniam mori tuis es pro homine recte. Quibus dixit ipse. quomodo est vobis responderunt domine bene est nobis habemus magnam scientiam naturalem et multas gratias et virtutes licet non habemus gratiam gratum facientem. disputamus ad inuidem et diligimus nos mutuo. Dixit christus. Ideo regnum dei deo qui vos liberauit de illo igne inferni. ostendens eis locum dominatoꝝ. et laudate dominum et quiescatis in pace. Tertius locus dicitur locus purgatorium. Pro quo sciendum quod aliqui moriuntur absque peccato originali ideo non vadunt cum illis pueri decedentibus sine sacramento baptismi ad inferni lymbum. et absque peccato mortali ideo non vadunt cum damnatis. Sed quia de peccatis que fecerunt postea fuerunt mundati ab originali peccato non fecerunt condignam penitentiam iuxta qualitatem et quantitatem peccatorum. tales ex quo habuerunt peccationem non vadunt cum damnatis sed in alio mundo diuina misericordia ordinavit unum locum qui dicitur purgatorium ubi anime purgantur ubi est ignis sed non sunt ibi demones quia nullus ibi intrat quoniam sit in gratia dei. Et ille iugis purgatoriū durabit usque ad diem iudicij. qui virtute diuina cruciat animas quod non posset iste ignis noster. imo si una anima esset in furno calcis ille ignis sibi non noceret. sed post diez iudicij ignis purgatoriū extingueſ. Si dicatur et si sit aliquis qui in die iudicij non compleuerit penitentiam suam nec sit purgatus. quid fieri in illo Responsio quod deus augmentabit illi penam interiore recte. De isto loco dicit scriptura sancta. In

igne probat aurum et argentum. hoie sed non reſe priibiles in camino humiliatioꝝ. Eccl. iiij. ad istos christus descendit et visitauit per copiosam liberationem. Questionem faciunt doctores et beatus Thomas. in. iij. parte. q. liij. arti. viij. Utrum christus liberauit omnes animas que erant tunc in purgatorio. Ad questionem oportet respondere per distinctionem hinc quod de ista materia possumus loqui duplicitate. vel per rigorem iusticie vel per dulcedinem misericordie. Si loquamur primo modo. non liberauit nisi illos solum qui compleuerunt tempus penitentie. et istam viam sequitur beatus Thomas. in. iij. parte. Si autem loquamur de dulcedine misericordie. possumus dicere quod omnes liberauit. Et ad hoc dabo vobis duas similitudines. Prima de rege nouiter coronato intrante ciuitatem qui liberat omnes captos. nisi sint capti pro interesse patris. sic rex glorie christus nouiter coronatus corona spinarum intrans purgatoriū. ad quem clamabant omnes anime in purgatorio. Domine liberate nos. et christus interrogauit litteratim sciret. de quanto tempore hic fuissent. respondebat. Domine fuimus hic iam per mensem per annum et recte. ideo pie creditur quod christus liberauit omnes. Autoritas. Esa. recitantis verbum dei patris ad filium dicens. Dedi te in fedus. i. pacem populi ut suscitares terram et possideres hereditates dissipatas ut dices his quod vincisti sunt exitus et his qui in tenebris sunt reuelamini. Esa. xl. ix. ubi ponuntur quattuor clausule quarum duae sunt de vita christi aliae due de eius morte. Prima ibi. Dedi te in fedus populi ut suscitares quod scilicet dormiebant in peccatis quos christus suscitauit predicando. Secunda ut possideres hereditates dissipatas. scilicet animas rationales que sunt hereditates dei dissipatas per peccatum. Tertia ibi ut dices his qui vincisti sunt exitus. non ibi loqui de illis qui sunt in inferno dominatoꝝ. quod nullus inde exiit sed de illis de purgatorio. Quartus de his qui in tenebris sunt reuelamini. Secunda similitudo est de papa nouiter creato qui tunc concedit largas indulgentias et gratias quoniam plures cōtromagis papa iesus quod est dominus gratiarum et indulgentiarum. quod papa eius vicarius non est dominus ecclesie sed dispensator et procurator. Num ergo papa sit tam liberalis cōtromagis christus quod est dominus. Auto. Esa. lxj. Spūs domini super me eo quod vñxerit me ad annūciandum misericordis misit me ut medererem tritos corda. et predicare captiuis indulgentiam et clausis expectatione. Motu spūs domini. scilicet lancea super me. loquitur christus in quatuor hō quod in quatuor de spūssan. et non est super sed equalis et vñ deus. Ad annūciandum misericordis misit me scilicet in hoc mundo ad predicandū et post mortem dicit ut predicare captiuis indulgentiam. Bic quod an christi passionē postquam aie cōpleuerat suū purgatoriū exhibat inde et ibant ad locum

sanctorum patrum qui dicitur synus abrae. Au-
toritas Lu. xvij. Factum est ut morer. ē mendi-
cus et portaretur ab angelis in synū abrae. quia
in illo ibant co ndigne penitentes sed modo atce-
dunt in celum et etiam postq̄ exirent de purgato-
rio. Dic quō tempus a deo taxatum ad standuz
in purgatorio potest redimi suffragijs viuorum
Ideo heres co mplere tenetur testamenta et exe-
cutiones vltimaru voluntati defunctoz. alias
dicit christus Lu. xvij. Deus faciet vindictam
electoz suorum clamantium ad se die ac nocte.
Quartus locus dicit synus abrae. in hoc stabat
anime sanctoroz patru que ibi fuerūt a principio
mūdi ysq̄ ad resurrectionē christi. Prinus qui
vnq̄ ibi intrauit fuit abel. Et quando christ⁹ sur-
rexit omnes exierunt inde cum christo. ibi nul-
lam habebant penam sed non habebant gloriaz
In ista domo intrauit anima christi. Dicit Lu/
gusti. us q̄ sicut anima christi intrauit per istaz
domū. oēs illi sancti patres viderunt diuinitatē
christi et habuerūt gloriam et paradyſuz. de qno
dixerat christus latroni. Hodie mecum eris i pa-
radiso. Dicit Aug. q̄ oēs alie anime sanctorum
patrum adorauerūt christū di. Aduenisti redem-
ptor. aduenisti quez q̄tidie expectabam⁹. modo
est completum gaudiū nostrū. Christus autem
salutauit eos di. Pax vobis. Adam cum omnib⁹
bus filijs et filiabus qui adorauerūt humiliū chri-
stum cum omnib⁹ patriarchis. Deinde moyses
cum omnib⁹ prophetis. deinde aaron cu3 om-

nibus sacerdotib⁹. David cum omnibus regi-
bus. Johannes baptista cum omnib⁹ innocentib⁹.
Deinde eua cum omnibus sanctis mulieri-
bus. et christus stetit cum ipsis vsq̄ ad resurre-
ctionem. Autoritas Odat. xij. Sicut fuit ionas
in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus.
sic erit filius hois in corde terre tribus diebus et
tribus noctibus et c. Item autoritas sapienti di.
in persona christi. Penetrabo omnes inferiores
partes terre et inspiciā omnes dormientes et illu-
minabo omnes sperantes in dño Eccl. xxiiij. No-
ta inspiciā omnes dormientes. id est. omes mor-
tuos. et illuminabo omnes sperantes in dño sup-
ple lumine glorie diuine. Restat nūc cres re-
surrectio dñi nostri iesu christi. ad quam nos p/
ducat. qui per imortalia regt secula secoz Amē

¶ Generandi patris sancti Vinceti ferrarien⁹.
ordinis fratum predicator⁹. regn aragonie. co-
uentus valentie. dei semiuerbi christianissimi.
atq̄ sacrarū litterarū professor resolutissimi. Ser-
mōes hyemales putulissimi. i inclita Basilea so-
licitius emendati. ac p Nicolaū kehler eiusdē ini-
colam q̄diligenter impressi. finiunt. Anno natū
uitatis christianissime. M. ccce. ppe vñ finem
octuagesimoctau. xvij. videlicet kalendas mēsi
Januarij.

